In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Nos Felix advocatus et Johannes Drapag Albertus Dubasz Mathias Sagar Georgius
Compuch Clemens Gran Gregorius Pistor et Nicolaus Nossalsky Scabini iurati Civitatis Wyelyczka Universis et singulis quibus expedit presentibus et futuris noticiam
habituris visuris et lecturis Reverentissima deduximus Recognoscentes Quod nobis feria secunda infra octavas Assensionis domini Judicium bannitum legale contestatum celebrantibus
cui pro reddenda et facienda iusticia unicuique insidebamus et presidebamus Coram quo Judicio Bannito Johannes Clyoba una cum consorte sua Dorothea coram Judicio Sani
mente et validi corpore non compulsi nec coacti neque aliquo errore fraudis circumventi Sed meris voluntatibus sponte et benivole maturis deliberacionibus sufficientissimis
Amicorum suorum freti consiliis comparentes et personaliter stantes per suum tutorem providum Nicolaum Rotifficem legittime ad hoc ordinatum et constitutum Recognoverunt se in et
super suis bonis hereditariis areis domibus et ortis sitis una in platea pistorum iacente et penes domum Stanislai pistoris ex una et ortum Ganszwyna partibus ab altera
et in alia domo et area penes domum Swanthoslai Borowyca ex una et domum Nicolai Vansz partibus ex altera iacente per medium marcam census in qualibet domo area prescripta
Nobili domino Johanni Byaltowszky pro viginti marcis grossorum pecunie in Regno Polonie currentis in qualibet marca quadraginta octo grossos computando et numerando rite iusti
lo vendicionis interveniente vendidisse cum omni iure dominio proprietate Quem censum in qualibet prescriptarum domorum per mediam marcam per eundem tutorem domini
Nicolaum Rotifficem ipse Johannes Clyoba cum sua consorte Dorothea eidem domino Johanni Byaltowszky cum omni iure dominio proprietate habendum tenendum possidendum et co
fruendum donandum dandum vendendum commutandum perpetue resignavit dantes et concedentes eidem domino Johanni Byaltowszky omnimodam potestatem eundem
censum mediarum marcarum in usus suos proprios uti sibi melius utilius videbitur expedire convertendum Se quoque ipse Johannes Clyoba et consors sua Dorothea
et suos legittimos successores posteros presentibus obligavit astringunt et inscribunt quod eidem domino Johanni Byaltowszky pro singulis Quatuortemporibus an
nis perpetuis currente incipiendo a Quatuortemporibus Sancte Crucis proxime venturis per sex grossos de qualibet prescripta domo solvere debent et tenentur
temporibus perpetuis solvere effectu reali Et ipse Johannes Clyoba cum sua consorte Dorothea per ipsorum tutorem Nicolaum Rotifficem publice fassi sunt et
Recognoverunt se tulisse sumpsisse et percepisse plenam et integram viginti marcarum a prefato domino Johanne Byaltowszky pro eodem censu unius marce realem
et actualem satisfaccionem et solucionem Quod quoque dictus dominus Johannes Byaltowszky per se personaliter similiter constitutus non coactus sed animi sui
bona deliberacione fretus volens anime sue saluti quoque providere prefatum censum in domibus prescriptis comparatum similiter cum omni iure proprietate in
excipiendo pro altario olim Corporis Christi in Choro Ecclesie Wyelyczensis per ipsum erectionem dotatum ac altarista eidem altaris pro tempore existenti de
dit et consignavit et inscribit [illegible]

In nomine domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Nos Felix Aduocatus et Johannes Drapag Albertus Dubasz Mathias Sagar Georgius
Conpuch Clemens Gran Gregorius Pistor et Nicolaus Nossalsky Scabini Jurati Ciuitatis Wyelyczka Vniuersis et singulis quibus expedit presentibus et futuris noticiam
habituris visuris et lecturis Reuerenciam debitam deducimus Recognoscentes Quod nobis feria secunda infra octauas Assensionis domini Judicium bannitum legale contestatum celebrantibus
cui pro reddenda et facienda iusticia vnicuique insidebamus et presidebamus Coram quo Judicio Bannito Johannes Clyoba vna cum consorte sua Dorothea coram Judicio Sani
mente et validi corpore non compulsi nec coacti neque aliquo errore fraudis circumuenti sed meris voluntatibus sponte et beniuole maturis deliberacionibus sufficientissimis
Amicorum suorum freti consiliis comparentes et personaliter stantes per suum tutorem Prouidum Nicolaum Rotificem legittime ad hoc ordinatum et constitutum Recognouerunt se in et
super suis bonis hereditariis areis domibus et ibidem sitis vna in platea pistorum iacente et penes domum Stanislai pistoris et vna et ortum Ganszwyna partibus ab altera
et in alia domo et area penes domum Swanthoslai Borowyca ex vna et domum Nicolai Vansz partibus ex altera iacente per medium marcam census in qualibet domo area prescripte
Nobili domino Johanni Byaltowszky pro viginti marcis grossorum pecunie in Regno Polonie currentis in qualibet marca quadraginta octo grossos computando et numerando titu
lo vendicionis interueniente vendidisse cum omni iure dominio proprietate quem censum in qualibet prescriptarum domorum per mediam marcam per eundem tutorem dominum
Nicolaum Rotificem ipse Johannes Clyoba cum sua consorte Dorothea eidem domino Johanni Byaltowszky cum omni Jure dominio proprietate habendum tenendum possidendum et co
fruendum donandum dandum vendendum et incorporandum perpetue resignauit dantes et concedentes eidem domino Johanni Byaltowszky omnimodam potestatem eundem
censum mediarum marcarum in vsus suos proprios vti sibi melius valius videbitur expedire conuertendum Se quoque ipse Johannes Clyoba et consors sua Dorothea
et suos legittimos successores posteros presentibus obligauit astringunt et inscribunt quod eidem domino Johanni Byaltowszky pro singulis Quatuortemporibus an
nis perpetuis currentibus incipiendo a Quatuortemporibus Sancte Crucis proxime venturis per sex grossos de qualibet prescripta domo soluere debent et tenentur
temporibus perpetuis soluere effectu reali Et ipse Johannes Clyoba cum sua consorte Dorothea per ipsorum tutorem Nicolaum Rotificem publice fassi sunt et
Recognouerunt se tulisse sumpsisse et percepisse plenam et integram viginti marcarum a prefato domino Johanne Byaltowszky pro eodem censu vnius marce reale
et actualem satisfaccionem et solucionem Quod quoque dictus dominus Johannes Byaltowszky per se personaliter similiter constitutus non coactus sed animi sui
bona deliberacione fretus volens anime sue saluti quoque prouidere prefatum censum in domibus prescriptis comperatum similiter cum omni Jure proprietate int
excipiendo pro altario olim Corporis Christi in Choro Ecclesie Wyelyczensi per ipsum erectum et dotatum ac altaristis eiusdem altaris pro tempore existenti de
dit et consignauit et inscripsit perpetue resignauit Quam vendicionem resignacionem cessionem et altario incorporacionem Sentencia nostra ratificauimus
robur perpetue obtinere firmitatis In cuius rei fidem et testimonium de nostra certa sciencia nostre Ciuitatis Sigillum iussimus subappendi Actum
et datum in Wyelyczka feria secunda infra octauas Assensionis domini Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo octauo

Super Censum ad Altare [illegible] Corporis
de domo Spaltonskiego

1466 Coram Scabinis [illegible] Joanni Klobatum
[illegible] Marcam [illegible]
[illegible] Marcis [illegible] Super dualis
domibus [illegible] in platea [illegible] per [illegible]
[illegible] 65 [illegible]
et [illegible] domus [illegible]
[illegible] et domum [illegible]

A.D. 1466

Lat. seria przywilejow N° 270.
Ad Annum 1730.